





Am donationem jure hereditario patris filius superstitibus delatam, decernere etiam legitimam ex propria persona in bonis avi, quamvis super puncto non scripserim ex his ponderationibus, quae desuper habentur in sua materia sub tit. de legitima, & de fractionibus, ac etiam sub tit. de dote, & alibi.

SUMMARIUM.

- 1 An donatio caducetur per praedecessum donatarii.
- 2 Quando tempus mortis dicatur percussere substantiam.
- 3 De pacto futurae successiois.

ANNOT. ADDISC. VIII. & IX.

De hac eadem materia habetur actum in hoc tit. de Donat. disc. 64. An scilicet donatio caducetur, vel resolvetur per praedecessum ipsius donatarii, vel potius transmittatur ad haeredes.

De tribus autem inspectionibus distinctis in presenti disc. n. 3. Quoad primam an filii vocati dicantur ut filii, & ex propria persona, videnda erunt, quae per ipsum Auctorem tradita fuerunt in adnotationibus ad disc. 1. & seq.

Ad secundam quando tempus mortis dicatur percussere substantiam, vel potius executionem ad effectum caducationis, videnda sunt quae habentur hoc tit. & latius tit. de Legat. disc. 3. & 59.

Ad tertiam de pacto futurae successiois habetur actum lib. 10. de fideicom. 141. & 213. & tit. de renunc. disc. 6.

ROMANA DONATIONIS DE ANDOSILLIS.

PRO ANGELO ANDOSILLA

CUM

CREDITORIBUS RAPHAELIS NEPOTIS,

Causis decisus per Rotam, ut infra.

De eadem materia, an donatio contemplatione matrimonii resolvetur per mortem donatarii vivente donatore, ubi concepta sit per viam promissionis de relinquendo post mortem; Et generaliter, an donatio correlative ad aliquod implementum donatarii, resolvetur ex causa non implementi, vel cessantis correlative, tam respectu donatarii contravenientis, quam aliorum successivae vocatorum.

SUMMARIUM.

- 1 Acti series.
- 2 Resolutiones causae, & de aliis hujus causae punctis, & resolutionibus.
- 3 An donator addat vincula, & onera ob additamentum bonorum remissio.
- 4 In contractibus nominatis, non implementum causat actionem ad interesse, non autem resolutionem, vel penitentiam.
- 5 Contravenio primi donatarii non praedicitur filiis, & descendentibus vocatis.
- 6 Declaratur conclusio, de qua n. 4. an procedat in donatione.
- 7 De eodem, & quando dicatur contraveniri voluntati donatoris, ut sequatur resolutio.
- 8 Et de alia generali declaratione dictae conclusionis, de qua num. 4.
- 9 Quare aliqui articuli examinati non fuerint, & de stylo Curiae insinendi praecise in necessariis.
- 10 Declaratur conclusio, de qua num. 5. & quando primus praedicitur aliis.
- 11 In donatione contemplatione matrimonii, non intrat revocatio ex causa ingratitudinis.
- 12 Idem in donatione facta promovendo ad sacros ordines.
- 13 Et generaliter quando contravenio gravato praedicitur ejus descendentibus substitutis.
- 14 An donatio contemplatione matrimonii resolvetur per matrimonii dissolutionem.
- 15 Non intrat questio, ubi alia accedat donatio post matrimonium ex alio motivo.
- 16 Quod resolvetur, ubi contentio est cum extraneis.
- 17 Secus autem cum filio vocato, & de ratione.
- 18 Ubi non agitur de donatione bonorum, sed de promissionis relinquendi post mortem, si ille, cui facta est promissio promoveatur, non potest intrare Bulla Baronum, & de ratione.

Donatio, ac respective promissio, quas, cum consuetis erroribus Sapientum, i Insignis J. C. Angelus Andosilla in modo scribendi Magister meus, fecit Raphaeli ex fratre Nepoti, ob ingens aes alienum, ac dispositiones post dicti Raphaelis mortem detentas, juxta pariter consuetum litteratorum, & ac prudentiam virorum fatum, hujusmodi successores habendi, i plures excitant controverfias cum creditoribus, de quibus habetur, in presenti, quam sub tit. de feudis ad matrem Bullae Baronum disc. 85. & etiam sub tit. de fideicom. disc. 139. Contemplatione liquidem secundum diu matrimonii per dictum Raphaelem contrahendi, in eadem apocha dotali, Angelus promisit sponso, ac filios, cum reliqua familia, vivens, propriae domi retinere & alere, atque in morte illi relinqueret tot bona, quae constituerent annum redditum licutorum bis mille, cum substitutionibus, ac oneribus sibi bene visis, Deinde vero per instrumentum, eidem Raphaeli, ac Angelo juniore, & Portie ex dicto matrimonio suscepti, aliique filiis, ac descendentes, quamplura bona donavit, cum strictissima alienationis prohibitione, ac onere vivendi ex tractibus singulis annis scuta mille, usquequod completeret summa scut. 25 m. Viceque versa Raphael, eludendo senem, eique praesupponendo habere in censibus, aliique effectibus scuta 17500. provenientia ex prima, & secunda uxoris dotibus, cum in effectu tunc in longae majori summa, id abere alieno jam absorbentem esset eadem bona pariter donavit, dictoque fideicommissio incorporavit, constituendo unum, & idem corpus; Sequata igitur dicti Raphaelis morte, donatos superstes, ut a creditorum molestiis magis tutus redderetur, iudicium insinuit coram A. C. ac favorabilem sententiam reportavit super dicta donationis resolutione, Introduceque per appellationem causam in Rota coram Cerro, & dato dubio, an donatio esset resoluta, vel quatenus non, quare jus creditoribus competere, sub diebus 3. Junii 1658. & 24. Jan. 1659. in utraque parte dubium negativae resolutionum fuit, donationem scilicet resolutam non esse, & creditoribus nullius jus competere ob resolutum jus debitoris, stante fideicommissio ad favorem filiorum, quarum decisionum prima est impressa dec. 356. p. 12. voc. & post Collud. Bonden. dec. 59. Quamvis enim aliae postmodum prodierint resolutiones, illae tamen percipient punctum Bullae Baronum, ut in sua materia dicto tit. de feud. disc. 85. Aliterque punctus actus sub tit. de feud. disc. 139. est super eo, an idem donator ob additamentum aliorum bonorum dictae donationi factum ad favorem dictorum filiorum tunc pupillorum, valide nova onera, & vasque substitutiones adicere poterit.

Quatenus igitur pertinet ad dictam primam dubii partem super donationis resolutione; Rota in hoc, inherendo deductis per scribentes pro creditoribus dixit, dictae resolutioni locum non esse, ex conclusione pluries ab ibi insinuat, praesertim sub tit. de loc. disc. 18. & sub altero de empt. & vendit. disc. 12. quod scilicet rejecta opinio ne, de qua apud Becc. conf. 45. & alios, ipsa Rota & Curia sequitur opinionem, ut in contractibus nominatis, quali s. est iste donationis, ob non implementum non relucet penitentia, uti resolutio, sed solum intrat actio ad quanti intererit, ex deductis per Adden, ac Gregor. dec. 130. cum aliis in hujus causae decisionibus, & in supra allegatis locis sub tit. de locat. & sub altero de empt. & vend.

Et ulterius, quod ubi etiam resolutioni locus esset, ob dicti Raphaelis non implementum, vel cul pam, id procederet quoad ipsum culpofum, ac habentes causam ab eo, non autem in praedictum filiorum, aliorumque descendendum ex propria persona vocatorum, quibus independentem venientibus a contraveniente, istas culpa praedictare non debet, ut per Castren. conf. 38. lib. 1. & alios apud Gratian. disc. 247. n. 5. & disc. 312. n. 14. Rota apud Merlin. dec. 404. nu. 7. cum seq. dec. 68. nu. 9. part. 1. divers. dec. 454. nu. 1. part. 2. recentior. cum. illis de quibus in ipsis decisionibus.

Scribens ego pro Angelo resolutionem petente, quatenus pertinet ad primum fundamentum, etiam cum sensu veritatis, Dicebam illud minus probabile videri, dictamque conclusionem impediendam resolutionem ob non implementum, ac tribuentem solam causam ad damna, & interesse, quamvis in suo casu veram, non bene ad rem applicari dupliciter.

Primo namque, quoniam quicquid sit in aliis contractibus emptionis, & venditionis, & locationis, & conditionis cum emptione, & independentem venientibus ut supra;

menti onere, id speciale videatur, ut rejecta generali distinctione; quae in ultimis voluntatibus; aliique actibus vera est inter conditionem, & modum, & ac implementum adjectum fir a parte antea, vel a parte postea, atque in donatione etiam admittenda est, ubi implementum non fit erga donatorem, ex deductis sub tit. de fideicom. disc. 154. Ubi tamen ipsum donatorem percute, semper intrat solutio, adeo ut speciem ingratitudinis redolere videatur, tanquam ex verisimiliter deficiente animo donatoris ad text. in l. 1. & 2. C. de donat. quae sub mod. & l. finali. C. de revoc. donat. utrobique scribentes, ac firmatur per Rotam in Mediol. donationis 10. Junii 1643. 16. Martii, & 17. Decemb. 1646. cor. Ghisleris, quae reputantur in materia magistralis, passim in Curia receptae, atque in hujus etiam causae decisionibus enunciatae, potiusque laudatae.

Quamvis enim istae decisiones agant de contraventione, seu non implemento respiciente ipsius donatoris personam ob sibi non praestita alimenta, seu non praestitam reservatam praestationem, quae casus videtur specialis, ac verisimiliter redolens deficientem donatoris animum, secus autem ubi non implementum percucit praedictum tertii, vel operis ad donatore voliti iuxta causam, de quo d. disc. 154. sub tit. de fideicom. & de quo casu in specie ad aliud propositum habetur etiam addum infra; Attamen contraventiones, de quibus in praesenti agebatur, juxta dictam primam speciem esse videbantur, ob ipsius scilicet donatoris elusionem, supponendo quod donatarius haberet bona notabilis valoris licutorum 17500. ac etiam ob non factum dictum investimentum ab ipso etiam donatore per tempore ejus vitae desideratum, & in quo etiam aderat donatoris elusio, quod scilicet donatarius patrum senem (ut in aliis decipiendo, supponeret, investimentum fieri, sibi notabilem summam licutorum 10. m. & ultra in Sacro Monte Pietatis coaercentem esse pro investimento, cuius occasio tuta non reperiretur, cum tamen detectus esset potius montis debitor in aliqua notabili summa.

Et secundo fortius, quod juxta distinctionem, de qua praesertim d. tit. de locato disc. 18. praeterea conclusio, ut non implementum non causet penitentiam, seu resolutionem contractus, sed iolum ad actionem ad interesse procedit in implemento successivo post jam valide contractum perfectum ac effectuatum, secus autem circa ea, quae ejusdem contractus initium, seu perfectionem percucunt, & circa causam finalem, sine qua alius ille initus non esset, adeo ut deficientia adimere potius dicatur consensum ab actu, ut concorditer admittunt etiam hujus opinionis sequaces; Ac propterea, ubi etiam circa non implementum investimenti ex tractibus singulis anni faciendi dicendum esset resolutioni locum non esse, fed potius dictam conclusionem intrare (et ego quoad reflectendo ad veritatem probabilis credebam, quamvis more advocati, ad causae opportunitatem scribendo contrarium probare conarer; ) Attamen eodem sensu veritatis retento, credebam resolutioni locum esse ex dicto alio defectu militante ab initio, cessantis scilicet correlative, seu filii praesuppositi, quo donatarius in idem opus aequae concurreret, ac bona haberet ut supra, qui defectus, si donatori innotuisset, verisimiliter eum retraxisset, unde propterea defectus est in radice juxta dictam distinctionem, atque in hoc decisiones non satisfaciunt.

Quamvis enim Rota forte crediderit, opus non esse hujusmodi inspectionem formiter assumere, utpote inutilem, stante resolutione alterius partis dubii, quod nullum jus donatarii creditoribus quaeritum esset, quasi quod superfluum esset de hoc agendum ita obtinebatur intentum excludendi creditores, ad quem solum effectum de hoc agebatur, stante quod donator preverebat in eadem voluntate conservandi fideicommissum in praedictis donatarii filiis, eorumque descendentes, unde propterea juxta satis commendabilem Curiae stylium, visum forte fuit negligere superfluum, seu non necessaria, Attamen ad veritatem ad nimum referre ad punctum Bullae Baronum, per quam creditoribus conceditur factas jura sua experiendi ad bona possessa per Baronem debitorem, fideicommissis, aliique vinculis non obstantibus, cum ita resolutionis, vel infectione actus ab initio ex deficiente donatoris consensu ob falsum praesuppositum, nunquam donatarius dici possit verus dominus, ac possessor; secus vero ubi sola actio ad interesse competat, ideoque id nimum refert.

Quo vero ad aliud fundamentum, quod scilicet contravenio, vel non implementum primi donatarii praedictare non debeat filiis, aliique ad donationem successivae vocati jure proprio, ac independentem venientibus ut supra;

Dicebam id recte procedere, ubi donatio jam perfecta, & effectuatua, defectus proveniat ex defectu personali, ac tunc cessivo, tunc etenim quia per donationem jam perfectam, jus quaesitum est filiis, aliique successivae vocatis, hinc proinde quomodocumque alienationes, vel revocaciones factae per primum donatarium eis praedictare non possunt, neque eorum jus tollere, ut pluries in praecedentibus, ac etiam sub tit. de fideicom. dec. 134. cum plur. seq. multo minus eorum jus tolli potest per hujusmodi tacitos actus, ne alias tacite, ac indirecte sequatur id quod directe sequi non potest; Possim, ubi contravenio non est circa personam donatoris, vel concedentis, quo casu dubitari potest, ut culpa possessoris causet caducitatem etiam in praedictum successorum ex propria persona venientium, juxta ea, quae in terminis feudalibus, vel emphyteuticis habemus de devolutione, seu caducitate resultantia a fellonia, seu non praestatione servitii personalis, vel realis.

Secus autem, ubi defectus est ab initio, adimendo consensum ab actu, qui alias sequutus non esset, quando detecta esset falsitas praesuppositi; Tunc enim donatio dicitur invalida, seu imperfecta in radice, & consequenter dici non potest, quod esset jam quaesitum jus successoribus, amittendum tanquam per speciem praevae per successorem delictum primi donatarii gravati, qui non potest tunc successoribus praedictare, sed potius non quaesitum ex deductis per Molin. de primog. lib. 2. cap. 12. nu. 78. & per tot. Cyriac. contr. 249. nu. 2. Rota dec. 293. n. 2. & 19. par. 6. rec.

Unde propterea receptum habemus hujusmodi donationes contemplatione matrimonii ex causa ingratitudinis non revocari in praedictum uxoris, & filiorum, nedum ubi jus, vel interesse habeant vocationis, sed etiam iolum secundarium, de quo pluries in praecedentibus, ut per Cancr. par. 3. var. cap. 2. n. 22. cum seq. Fontanell. de pact. claus. 4. gl. 28. n. 12. & 13. Cutell. de donat. tom. 2. special. 7. nu. 9. cum seq. & alio; Quod etiam habemus in donationibus contemplatione matrimonii spiritualibus, quae sicut promovendo ad sacros ordines, ut eis pariter non cadat dicto postposito textus in l. final. C. de revoc. donat. ob interesse. Episcopi ordinantis, vel Ecclesiae, five ordinis clericalis, ut infra.

Ideoque ubi, ut dictum est, defectus est in radice, quoniam tunc non est ob delictum unius inferre poenam alius innocentibus, coique jure jam quaesito privare, fed potius impedire ne acquirant adintra eorum, quae super materia conf. 19. Paris. lib. 1. habentur pluries sub tit. de fideicom. praesertim, in Bonon. de Luparis disc. 7. super contraventione primi vel ulterioris vocati causa assumptionem, ac retentionem cognominis, & insignium testatoris, quod post jam effectuatam successione subsequens contravenio unius non de facili tollit jus successorum, secus autem ubi contravenio est ab ipso initio, adeo ut non sequatur acquisitio, cum tunc defectus primi influere videatur in universam posterioritatem adintra peccati Adam.

Deducebatur etiam ex parte donatoris, ejusdem donationis resolutio ob dissolutum matrimonium, ipso superstitente, ac successivae ita cessatae donationis cautium juxta conf. 15. & 16. Rovit. lib. 2. cum aliis de quibus disc. praeced. Econverso autem deducebantur ea quae contra dictam opinionem habentur apud Theodor. alleg. 43. Merlin. lib. 2. contr. 34. n. 29. & seq. ad fin. ac alios de quibus cod. disc. praeced. Licet de his in decisionibus non agatur, cum de eis potius actum sit in primis disputationibus coram A. C. ac aliquoties in ultimis occasione agendi de puncto Bullae Baronum, de quo dicto disc. 85. sub tit. de feud.

Super hoc autem puncto Ego dicebam, quod Aut agebatur de posteriore donatione bonorum facta per instrumentum ad plures annos post contractum matrimonium, ex quo dicti filii in eadem donatione nominati jam procreati fuerant, & extranea remanebat quaesitio, cum hac non esset donatio mere causativa matrimonii contemplatione facta, ita ut dici valeat matrimonium fuisse illius causam finalem juxta causam, de quo disc. praeced. quamvis in ea inclusa esset promissio, quae ut supra dicti matrimonii intuitu facta erat.

Aut vero agebatur de resolutione dictae promissionis, relinquendi post mortem bona in redditu licutorum bis mille, quae intutu matrimonii facta erat; Et tunc ubi ageretur de transmissioe ad commodum haereditum extraneorum, vel creditorum donatarii praemortis, omnia verum credebam resolutioni locum factum esse, ex omnino fundamenti, de quibus d. disc. praeced. ac etiam in dicto alio disc. 85. sub tit. de feud. edito in ista causa; Verum quia filii erant ad hanc promissionem vocati directe pro jure primario, hinc proinde dicebam, resolutionem non intrare per



quandam speciem vulgaris anomalæ derivatæ à theoria  
 17 Bart. in *Liquidus ff. de acquir. hered. nu. 10.* de qua pluries  
*sub titulo de fideicom. præteritur difc. 107. & feqq.* per quam  
 corrupto primo gradu, secundus effectus est primus, in  
 quo tanquam extremo habili dicta legandi, seu relinquen-  
 di promissio exerceri possit; Nunquam verò quod bona in  
 hac promissione contenta dici poterint fuisse possessa per  
 dictum Raphaelem, adeo ut intrare possent dicta Bulla Ba-  
 18 tonum, cum ista disponat de bonis à Barone debitore pos-  
 sessis, quod in præsentis verificabile non est, dum dictus  
 Raphael, nunquam in vim dictæ promissionis habuit do-  
 minium, vel possessionem, usquequod post jam cessatam  
 Baroniam supervenit donatio, quod nil refert, sed solum  
 habuit quandam nudam spem ob ejus collationem in primo  
 vocationis gradu, ita corrupto per caducato, unde pro-  
 pterea ex supra, secundus gradus vocatorum effectus est  
 primus; Atque ita non intrat ratio dictæ Bullæ pluries in  
 dicta sua materia considerata præsertim *difc. 89. de feud.* quod  
 scilicet illa tollat obstaculum, per quod illud verum domi-  
 nium, quod interim habet possessor restituitio gratiatus,  
 remanet liberum, dictumque restituenti onus tantum sub-  
 latum censetur, cum ita in ipso debitore nunquam subsi-  
 derint, nec dominium, nec possessio, sed nuda spes even-  
 tualis, quæ poterat non verificari, ut casus præbuit.

In materia discursum præcedentium emanarunt in Sacra Rota  
 sequentes Decisiones.

REVERENDISS. D. EMERIX DECANO.

Romana Donationis.

Veneris 12. Maii 1690.

ANNO 1687. Baro Carolus Gavottus in senili ætate  
 constitutus irrevocabiliter inter vivos donavit Io-  
 10 stephano Gavotto ejus Coniugæ quædam floridæ ætatis om-  
 niâ, & singula ejus bona reservato sibi sua vita naturali  
 durante usufructu, & libera dispositione fructuum. Item  
 omnia jura &c. nullo jure &c. ad habendum &c. ponens &c.  
 constitutus &c. datus &c. donec &c. constituit. &c. omnia &c.  
 Hanc autem irrevocabilem inter vivos donationem idem  
 Carolus facere declaravit ad favorem Io: Stephani præ-  
 sentis &c. ob amorem, & benevolentiam, quibus ipsum  
 prosequatur, ac in remunerationem beneficiorum accep-  
 torum, & quia sic de rebus suis disponere placuit; Voluit  
 tamen quod Ioannes Stephanus Donatarius teneretur, &  
 deberet (pro ut idem promisit, & se obligavit) observare,  
 & adimplere omnia, quæ ipse donator disposuerat in Te-  
 stamento, & Codicillis præcedenter conditis, & clausis  
 consignatis.

Cumque postmodum Ioannes Stephanus, qui successivè  
 eandem donationem infirmari cura verit, & deinde realem  
 possessionem bonorum donatorum apprehenderat turbato  
 mortalitatis ordine ante donatorem decessisset, & Carolus  
 sub prætextu, quod donatio per obitum Ioannis Stephani  
 donatarii resoluta fuisset possessionem eorumdem bono-  
 rum non citata Iustina illius Matre, & hæredè abintellato,  
 reapprehendisset causaque à decreto de manutenendo in  
 prima instantia favore Iustine, sui hæreditatis Ioannis  
 Stephani mihi commissis fuisset, & Domini in disputatione  
 desuper habita 16. Ianuarii proximi præteriti animad-  
 verentes possessorem unice dependere à petitorio, ordi-  
 narent, ut videretur de bono jure etiam ad effectum man-  
 10 uentionis, sui reintegrations, prodiit in hodierna dispu-  
 tatione resolutio consistere de bono jure Iustinæ, etiam ad  
 præstatum effectum, fundata in publico, & solemnè Instru-  
 mento donationis irrevocabilem inter vivos, quæ (secluso  
 pacto reversionis) transmittit ad hæredes, & successores do-  
 natarii sui perpetuum, & irrevocabilem super bonis donatis  
 tam de sui natura juxta text. *in l. si legatum ff. de donat. & in  
 l. si quis argentum §. finali in fin. C. de legat. Rebuff. in l. ale-  
 15 natum §. donationis verbum vers. 4. donatio. de verb. sig-  
 nif. Bald. in l. 2. n. 10. C. de jur. dot. Sylvester Aldobrand.  
*conf. 93. n. 6. lib. 1. Cravett. conf. 15. nu. 6. Mant. de tac. lib. 1. §.  
 tit. 2. n. 24. Donat. Ant. de Marin. quotid. ref. lib. 2. c. 190. n. 4.  
 & Capyc. Galeot. lib. 2. cont. 21. n. 215. & feqq. Pontanell.  
 dec. 54. nu. 6. Grat. dec. 41. nu. 2. & 4. Rota apud Achill. de  
 20 Grat. dec. unic. nu. 2. & feqq. de donat. Put. dec. 173. nu. 4. lib. 3.  
 Duran. dec. 84. n. 21. Merlin. dec. 664. n. 7. & in rec. dec. 9. nu. 7.  
 p. 7. dec. 68. n. 1. p. 3. dec. 239. n. 1. p. 17. cum concordant. in Pe-  
 25 rugina, seu Eugubina donation. 24. Aprilis 1671. §. Ipsi enim  
 habent coram Calataju.**

Quam etiam ex mente contrahentium in hac facti specie

elicita ex parte Donatoris. Primò quia apposuit in dispositi-  
 10 va donationis clausulas ad habendam &c. ponens &c. con-  
 stitutus &c. quæ denotant in eo voluntatem perpetuò ab-  
 dicandi dominium, & illud transferendi in donatarium,  
 ejuque hæredes, ac successores nulla retenta fide reveren-  
 15 tis propter caducationem donationis, ut de clausula ad  
 habendum, notat Grat. *difcept. 568. n. 4. Andreol. cont. 2. 32.  
 n. 3. Rota dec. 587. nu. 3. in fin. p. 1. dec. 9. nu. 2. p. 7. dec. 382.  
 nu. 2. p. 13. & dec. 305. n. 5. par. 19. & de altera constituit  
 Cirocc. *difcept. 5. num. 21. ubi concordantes, & Modern.  
 Reverendiss. Iclanus disp. 21. & 24. utrobique n. 9.**

Secundò, quia reservavit sibi sua vita durante usufructum  
 bonorum donatorum, ut argum. text. in *d. si quis ar-  
 20 gentum §. se à squidem, & in l. qui quisq. rem C. de donat. argu-  
 probant Paris. *conf. 90. n. 24. lib. 3. Alex. conf. 14. sub nu. 2. lib. 1.  
 Mag. dec. Lucen. 87. n. 7. Capyc. Latr. dec. 151. nu. 24. & 25.  
 Rota coram Duran. dec. 84. n. 14. vers. & ex retentione.**

Et tertio demum, quia promisit donationem semper firmam  
 habere, & irrevocabilem observare. Contraque eam non  
 facere, & dicere, opponere vel venire quovis prætextu,  
 vel causa etiam de novo superveniente, prout in his ter-  
 25 minis ponderat Conciol. *allegat. 50. n. 44. & Rota dec. 382.  
 n. 22. p. 13. 16. coram Peuting. dec. 174. n. 14. vers. tum etiam  
 quia, & coram Sandiflimo Domino Nolito dec. 10. n. 39.*

Ex parte autem Donatarii quia stipulatus fuit cum clau-  
 10 sula cæterata præsentis &c. sub qua veniunt quicumque  
 hæredes, & successores etiam extranei, ut respondit Rota  
 coram eod. Sanctissimo dec. 235. n. 5. Seraph. dec. 703. nu. 2.  
 Peuting. dec. 174. n. 6. Priol. dec. 446. sub nu. 11. & in rec. decif.  
 483. in princ. & per tot. p. 4. tom. 1. & in Romana hereditatis  
 15 de Lanvois 18. Junii 1685 §. scilicet sanè cor. R. P. D. meo Her-  
 vaudt. Non relevante, quod in prima parte donationis non  
 sit cæterata, adeoque in recula extendi non debeat ad hæ-  
 20 redes per subaudiendum intellectum ex dispositione juris, &  
 stylo Notariorum, quia cum Oratio, in qua est cæterata, sit  
 æquè principalis, & dispositiva, eique consonent reliquæ  
 partes dispositionis, & signanter postrema, in qua donator  
 non solum voluit obligatum remanere debere Donatarium  
 pro observantia omnium contentorum in donatione, sed  
 etiam ejus hæredes: pro quibus &c. tam prædictus D. Caro-  
 25 lus, quam d. D. Joannes Stephanus scilicet &c. hæredes &c. bona  
 &c. congruè comprehenditur, quod contrahentes voluerunt  
 includere, & comprehendere omnes hæredes, & successo-  
 res, ut in his terminis ratiocinatur Rota coram Emin.  
 D. Card. Cerro dec. 441. n. 18. coram Celso dec. 145. nu. 22.  
 & coram Ubaldo dec. 59. nu. 7. & feqq. par. 1.

Neque in contrarium visum sunt urgere conjecturæ de-  
 10 ductæ per Informantes ad inducendam resolutionem don-  
 ationis propter præmorientiam Donatarii. Non quidem  
 prima, quod Donator per viam conditionis, seu modi per  
 Donatarium implendi, voluerit, & præcepit observan-  
 15 tiam, & executionem contentorum in suo Testamento.  
 Quoniam ponderabant Domini, quod impossibilitas adim-  
 plementi ex parte ipsiusmet Donatarii tunc solum impor-  
 20 tat resolutionem donationis, quando modus, sive onus ad-  
 implendum adijcit tanquam causa finalis, secus verò  
 quando, prout hic respicit, dumtaxat causam impulsivam,  
 ut distinguendo tradunt Anton. Faber. in l. dedi tibi §. si tibi  
 25 §. si tibi sui. §. ff. de condit. caus. dat. tom. 3. rational. lib. 12. tit. 4.  
 Theaur. dec. 70. nu. 42. Laurent. dec. Avenion. lib. nu. 25.  
 vers. tamen quia Rota dec. 365. n. 18. part. 16. rec.

Quod autem onus observandi, & exequendi contenta in  
 Testamento respiciat solum Causam impulsivam, & non  
 finalem desumebant; Tum ex eo quod junctum fuit post  
 perfectam explicationem puræ, & irrevocabilis donatio-  
 10 nis, & appositum in Oratione prorsus separata, ac recta à  
 proprio verbo ibi: Voluit tamen &c. sic induxit potius  
 novam dispositionem, distinctam, & independentem ad  
 antecedenti Gabr. conf. 111. n. 21. lib. 1. Peregr. conf. 57. n. 11.  
 & 12. cum aliis relatis per Gratian. *difcept. 828. n. 8. & feqq.*  
 Rota coram Emin. Cerro dec. 65. n. 6. & feqq. & in Tu-  
 15 sculana Vineæ 15. Januar. 1693. §. quoniam Domini coram  
 bo. me. Albergato. Tum, & clarius quia Donator in proemio  
 donationis, à quo Causa finalis præcipuè dignoscitur & re-  
 20 gularur l. final. ibique Bart. n. 3. ff. de hered. inst. Gratian.  
*difcept. 947. n. 3. Magon. decif. Florent. 4. n. 18. Rota coram  
 Celso dec. 260. n. 9. & 10. dec. 205. n. 3. par. 16. rec. & in Roma-  
 na hereditatis 23. Martii 1685 §. Causa finalis, coram bo.  
 25 mem. Romolino expressè declaravit, quod donabat ob amo-  
 rem, & benevolentiam erga Donatarium, aliaque ob cau-  
 sas ibi expressas, nulla facta mentione observantia, & ex-  
 30 ecutionis personalis contentorum in Testamento.*

Minus

Minus secunda causalitatis ob amorem, & benevolentiam,  
 quibus idem Donator prosequatur Donatarium, quati  
 voluerit, quod cessante causa ob illius prædecessum,  
 etiam donatio cessare, & resolveretur. Quia hæc non fuit  
 sola causa, quæ movit ipsum ad donandum, sed cum ea  
 concurrunt plures alie in Proemio Donationis expressæ,  
 quibus addidit declarationem, quod donabat, quia sic de re-  
 10 bus suis facere, & disponere placuit, hæc enim operetur per-  
 petuitatem, & transmissibilitatem donationis ad hæredes  
 etiam si aliqua ex prædecessis Causis removerat per  
 præmorientiam Donatarii, ut firmavit Doctores relati per  
 15 Surd. *conf. 531. n. 7. Marellot. var. res. lib. 2. c. 20. nu. 8. Reve-  
 rendiss. Iclanus disp. 105. n. 23. Rota coram Seraph. dec. 201.  
 n. 9. Burat. dec. 210. n. 16. & coram Merlin. dec. 392. n. 12.*

Et nihilominus quatenus etiam motus fuisset ex unica  
 causa amoris, & benevolentia non proinde necessario se-  
 20 quereur restrictio ad vitam Donatarii, quia potius præsumi-  
 tur, quod facta fuerit, eo meliori, & pinguiori modo quo  
 fieri solet, quodque fit realis, & transitoria ad hæredes juxta  
 veriore opinionem, quam tenet Anchar. *conf. 327. num. 3.  
 Soccin. Sen. conf. 59. num. 9. lib. 1. Tiraquell. in l. si unquam  
 verb. donatione largitus nu. 48. C. de revoc. donat. Menoch. de  
 præsumpt. lib. 3. præsumpt. 103. num. 12. & 13. quos secuta est  
 Rota coram Emin. Cerro dec. 716. n. 3. & 4. Tertio cer-  
 25 tius quia deficit clausula resolutiva non alias &c. cui præci-  
 ditur in initio dec. 203. n. 4. par. 6. rec. in objecto allegata. Un-  
 de cum Donator illam consulo omiserit, videtur hujus-  
 modi restrictionem, & resolutionem noluisse l. veteribus ff.  
 de pact. & l. labeo ff. de contrab. empt. Bald. in l. si Arborem §.  
 hoc lex n. 1. & feqq. ff. de servit. urban. præd. Rota coram Man-  
 30 tic. dec. 54. num. 8. & feqq. coram Cocciolo dec. 1788. num. 15.  
 & coram Royas dec. 117. n. 7. vers. ad vero.*

In nihilo relevante declaratione per eundem in contra-  
 10 rium emissâ post obitum Donatarii, quia similes declara-  
 tiones admittuntur solum in casu dubio, secus verò quan-  
 do, prout hic, donatio est clara, & agitur de tollendo Jure  
 jam quæsto Successoribus Donatarii, ut in his terminis  
 respondit Rota in Gerunden. Beneficij 21. Junii 1683. §. ne-  
 15 que calumniam cum seq. coram R. P. D. meo Caccia in Bonon. Do-  
 nis, & honorum 14. Junii 1688 §. quæ etiam coram R. P. D.  
 meo Hervault, & novissimo in Romana donationis 30. Januarii  
 præteriti §. quod verò ad secundum cor. R. P. D. meo Benincasa.

Neque tertia irrelevantia deducta ex personalitate  
 oneris adimplendi ordinata in Testamento, in Codicillis.  
 Quoniam inspecta voluntate Donatoris eo principaliter ten-  
 20 dente quod ista adimpleretur nulla interposita mora,  
 ac exceptione, visa est respicere, dumtaxat interesse Le-  
 gatariorum, quibus (quatenus Testamentum per subse-  
 quens non fuisset revocatum) congruè satisfacere potuis-  
 sent hæredes Donatarii, ad quos transit onus adimplemen-  
 25 ti simul cum emolumento donationis, ut post Gabr. *conf. 5.  
 n. 22. lib. 1. & conf. 4. n. 10. & feqq. lib. 2. Menoch. de præsumpt.  
 lib. 4. cap. 201. num. 34. & feqq. tradunt Galganet. de condit.  
 par. 2. cap. 3. q. 7. n. 3. & Cyriac. conf. 115. n. 11. & 12.*

Necjuvat repetere quod caducato Testamento ob præ-  
 10 decessum Joannis Stephani hæredis instituti, caducata  
 etiam fuissent legata, neque habuisset operum effectum  
 nominato in primogenituram R. P. D. Joannis Baptistæ  
 Gavotti, facta in eodem Testamento, & limitata ad il-  
 15 lius personam, ac propterea, ne volutas Donatoris in  
 utroque eludatur, admitti debeat, revolutas donationis.  
 Tum quia respectu legatarum ponderabat Domini, quod  
 tunc etiam peti potuissent, si non vigore Testamenti ca-  
 20 ducati, (altem vigore contractus, & obligationis susceptæ  
 in donatione per Hæredem Institutum pro se, sive iure hæ-  
 redibus, & successoribus, ad terminos text. in *l. non intelli-  
 guntur §. facia, ubi glof. & Bart. num. 5. ff. de jur. fisci, & in  
 l. si C. de fideicom. ubi l. fin. n. 17. Castill. cont. jur. lib. 5.  
 cap. 69. §. rursum in fine, Gratian. *difcept. 650. nu. 32. Rota  
 dec. 279. sub nu. 10. part. 18. recent. & in Romana Bonorum  
 20. Februarii 1679. §. quid hic non agitur coram bon. mem.  
 Albergato, & in Romana donationis 14. Martii 1685. cor. clar.  
 mem. Cardinalis Mattheo. Respectu verò nominationis  
 ad Primogenituram, quod ea, sive sumatur, ut facta in  
 Testamento, quod est de sui natura revocabile, seu verus  
 in actu irrevocabilis Capitulum matrimonium ante  
 25 donationem contractum cum Domina Angela Mignella,  
 semper uti facta in vim facultatis per R. P. D. Ioan-  
 nem Baptistam personaliter Carolo tradita, dicitur illius  
 dispositio, non verò nominantis, ad tradita per Caldaf.  
 de emphit. lib. 3. de poss. sig. cap. 16. num. 3. Rota decif. 337.  
 num. 6. vers. qui autem habet cum nym. seq. par. 16. rec. & per  
 Card. de Luca Lib. VII.**

consequens nihil habet commune cum donatione, aut Te-  
 10 stamento, dum regulari debet ad formam solius legis in  
 ipsa Primogenitura præscriptæ.

Tam, & fortius, quia (admissio etiam sine veri præjudi-  
 15 cio) quod intentio donatoris remansisset elusoria, quoad  
 Contenta in Testamento propter ejus caducationem, non  
 idcirco valet illatio ad resolutionem donationis puræ, &  
 de sui natura irrevocabilis, prorsusque ab illo distincta, &  
 independentis ad tradita per Bartol. in l. cum quis decedens  
 §. Codicillis ff. de legat. 3. Ruin. *conf. 139. nu. 12. vers. & idem  
 dicit Bartol. lib. 2. Lambertengh. de contrab. gl. 22. num. 8.  
 Torr. de pact. futur. success. lib. 3. c. 12. n. 24. vers. ubi quod in  
 20 donationibus, & Rota post eundem dec. 8. §. utrobique n. 16.*

Et hinc nihil urget quarta connexitas, & dependentia  
 donationis à Testamento, quia ut mox dictum est, excludit-  
 25 tur ex diversitate actuum, & temporis, ac modi Testa-  
 mentum enim conditum fuit de menle Januarii anni  
 1687. eratque in suo esse perfectum, & exequibile, ante-  
 quam supervenisset donatio, postmodum facta de mense  
 Octobris ejusdem anni, nihilque per eam additum, aut ab  
 eo demptum fuit. Nec connexionem operari visa est se-  
 30 pedita obligatio suscepta per Donatarium adimplendi  
 contenta in Testamento, quasi per eam transmissa fuerit  
 perpetuitas, & irrevocabilitas donationis in rebus ad for-  
 mam Testamentis adimplendis, quoniam obligatio tumit  
 naturam, & conditionem à Testamento, ad quod referretur  
 non autem à donatione, in qua fuit adjecta, per text.  
 in l. 1. §. si quis sub conditione ff. ut legat. seu fideicom. nomi-  
 35 ne, Fontanell. *decif. 173. num. 10. Castill. contr. jur. lib. 4.  
 cap. 43. nu. 18. ubi concordantes.*

Prout nec demum quinta, quod propter universalitatem  
 donationis bonorum presentium, & futurorum, censetur  
 donatori adempta facultas testandi, propter quam donatio  
 non subsistatur. Quoniam talis executio extranea volebat-  
 40 tur ab hac facti specie, in qua facultas testandi non solum  
 fuit adempta, sed potius confirmata, tum ex quo donator  
 præservavit in donatione executionem Testamenti pridem  
 per eum confecti reportata ulterius specifica obliga-  
 45 tione Donatarii adimplendi omnia in eo contenta. Tum  
 etiam ex quo reservavit sibi sua vita durante opulentissi-  
 mum ulumfructum super bonis donatis, amplissima quæ  
 facultatem de illo disponendi ad tradita per Cast. in l. stipu-  
 50 latio hoc modo concepta n. 3. in fine, ibique Alex. & Jaf. Rim.  
 Jun. *conf. 167. n. 14. & feqq. Ganer. var. res. p. 1. c. 8. nu. 78.  
 Mant. de tacit. lib. 13. tit. 32. n. 5. & feqq. Rota dec. 10. n. 5.  
 p. 5. rec. coram Duoz. dec. 978. nu. 14. & coram Emin. Cerro  
 dec. 562. n. 12. & in Perusina, seu Eugubina donationis  
 24. Aprilis 1671. Ipsi enim vers. quia ad hoc coram Calataju.  
 Non subsistente replicatione, quod facultas disponendi in-  
 55 telligatur restricta ad dispositiones inter vivos, quia ista im-  
 portat etiam facultatem disponendi per viam Testamenti  
 nisi contrarium aperte desumatur ex aliis partibus Instru-  
 menti, ut in his terminis firmat Facchin. *cont. jur. lib. 6. c. 90.  
 vers. contrarium, ut bene distinguit Rota d. dec. 563. cor. Cerro.*  
 Et ita utraq; &c.*

REVERENDISS. D. EMERIX DECANO.

Romana Donationis super redditione rationis.

Luna 3. Julii 1690.

POSTquam subscriptum, & successivè resolutum fuit fa-  
 10 vore Iustinæ Hæredis Joannis Stephani Donatarii  
 Baronis Caroli Gavotti, diuam super bono jure etiam ad  
 effectum mantentionis, per rationes latè deductas in deci-  
 sione desuper extensa sub die 12. Maii proximi præteriti,  
 pullulatorum inter eandem Partes plures aliæ controversiæ  
 15 subsisterent, quæ cum per simplicia memorabilia, alias data,  
 terminari non poterint, fuerunt similiter hodie per quatuor  
 separatâ dabâ propositæ, & resolutæ: Et Primo quidem re-  
 20 solutum fuit Iustinam, sui hæreditatem Ioannis Stephani,  
 pro nunc non teneri reddere rationem: Licet enim contra  
 eam sit regula desumpta ex text. in *l. rationes C. de admini-  
 25 str. tutel. l. 2. ff. de negot. gest. cum concordantibus quod quilibet  
 Administator tenetur rationem reddere, ac reliquorum  
 restituere, & illius Defensores non controvertant quic, oc-  
 30 casione generalis administrationis gestæ per Ioannem Ste-  
 phanum de bonis Caroli, ad ejus namque pervenerit summa  
 licet 773398.96. juxta relationem Periti Calculatoris, Nihilominus  
 quia eidem, ultra titulum administrationis, assistit  
 etiam altera puræ, & irrevocabilis donationis bonorū presen-  
 35 tium, & futurorum suum effectum sortitæ prævia actuali pos-  
 sessione per Donatarium apprehensa, & Iustina in hodierno*

B 2 Summ.



*Summ. n. 1.2. & 4. docet, quod pecunia pro majori parte proveniant ex effectibus, seu Capitalibus Centium Cambiorum, aliarumque rerum in donatione comprehensarum, quibus illa centur subrogat ut advertit Rot. cor. clar. mem. Card. Cerro dec. 562. n. 1. nulla suadet ratio, quod ipsa nunc addringatur ad reddendam de illis rationem Hæredi Caroli, ne per indirectum cogatur et res restituere antequam Iudex suam proferant Sententiam super sufficientia, vel resolutione donationis, imò postquam jam decisum fuit donatione esse stabilem, & transitoriam ad Hæredes. Et ita utraque &c.*

Eadem super attentatis locorum Montium,

Luca 3. Julii 1590.

**A**bsoluto examine articuli redditionis rationis successit examen, & immediatè etiam resolutio favorabilis Iustitiæ super attentatis commissis per Carolum in translatione locorum Montium. Cùm enim hæc, juxta diversitatem temporis, sit duplicis diversæ speciei. Prima nimirum locorum centum facta pendente superioriora obventa per Carolum ab Eminentiſſ. Card. Præfecto Signaturæ Iustitiæ, sive illius R. P. D. Auditore ad effectum adeundi plenam Signaturam pro suspensioe executionis mandati de manutendo ad Iudice deputato ab A. C. relaxati favore hæreditatis Joannis Stephani, in & super omnibus bonis donatis, & altera locorum 359. post commissam causam, fuit suspensa executionem præfati mandati per eandem Signaturam cum clausula facultativa manutendi quem de iure appositio sequestro post obitum Caroli. Utraque subiacet inexcusabili vitio attentatorum, ut in terminis primæ respondit Rota cor. Dunozi jun. dec. 642. n. 7. Bich. dec. 539. n. 11. & 12. Cerr. dec. 74. n. 12. & seqq. & dec. 337. n. 14. & in rec. dec. 388. n. 4. p. 18. & in terminis secundæ est text. apertus in cap. solum de appellat. in 6. quem sequitur Rota coram Caval. dec. 615. n. 3. dec. 187. n. 2. cum seq. p. 16. decif. 22.2. in princ. num. 1. p. 17. rec. Ideoque inrat de plano purgatio respectu utriusque per viam repositionis in pristinum ipsorum locorum Montium fuit iisdem nominibus eodemque modo quo extabant ante alienationem juxta text. in d. c. non solum in fine de appellat. 6. Lancellot. de attent. part. 3. cap. 29. n. 14. & seqq. Rota coram Dunozi jun. dec. 580. n. 4. & dec. 735. n. 5. & seq. coram Bichio dec. 404. n. 8. & in rec. dec. 29. n. 17. part. 16. & dec. 412. n. 15. & 18. par. 19.

Non subsistente unica exceptione, quod loca Montium alienata, non comprehendantur in donatione, & multo minus sub præfato mandato de manutendo, uti acquisita cum pecuniis provenientibus ex usufructu, quem Carolus quodam sibi expresse reservavit sua vita naturali durantes: Quia ex eorum literis patentibus, & attestationibus Secretariorum in Rota exhibitis, liquet quod loca 213. acquisita fuerunt per Carolum ante donationem, reliqua verò 146. à die 16. mensis Octobris Anni 1687. usque ad diem 18. mensis Novembris immediatè sequentis: Unde sicuti controversi non potest comprehensio locorum 213. antè acquisitionem, ita nec etiam aliorum, stante inverisimilitudine, imò impossibilitate, quod Donator in tam brevi temporis curriculo perceperit ex usufructu summam scut. ferè 25. m.

Nec vilius fuit satis proventus Indemnitati Iustitiæ per exhibitione litterarum Patentium, & declarationem Traslatorum, quod ipsi præstiterint solum nudum nomen, quia tamen hæc impedit ulteriorem translationem in Tertio, adhuc tamen non impedit quominus transferens, seu illius Hæres conservetur in illegitima perceptione fructuum.

Et ita utraque, &c.

Eadem super affectatione mobilium,

Luca 3. Julii 1690.

**T**ertio, & ultimo dictum fuit mobilia affectanda esse cum cautione, vel sequestro: Urget enim scripsum Principis, qui commissit Causam in Rota cum facultate manutendi quem de iure appositio sequestro post obitum Caroli quod cum haberit sum effectum respectu stabilium per unanimit illorum assignationem Curie, & administrationi probi, & expressissimi Viri Domini Arrigoni, merito eundem etiam habere debet in mobilibus, in quibus propriè cædit sequestro propter facilitatem eorum distipationis ex occultationem ad text. in l. h. fideiuss. §. si satis datum ff. qui satis dist. cog. Roman. conf. 241. sub num. 9. Larrea decif. Granaten. 58. num. 12. Rota coram Caputaq. decif. 158. n. 1. & 2. part. 3.

Vel saltem præstanda est per Augustinum Mariam Hæredem Caroli cauti idonea, non autem admittenda simplex Juratoria, dum Bonæ per eum possessa hic in Urbe, tanquam fidelicommisaria; & obnoxia restitutioni, & hypothecis, non possunt validè obligari ut in his terminis firmavit Purpurat. conf. 168. n. 7. & 8. Mandell. conf. 161. n. 5. lib. 1. Caſt. de remed. subs. præjud. 5. n. 10. ubi concordantes, & per consequens non sufficientem ad plenè consulendum Indemnitati Advertiseræ.

Et ita utraque &c.

R. D. EMERIX DECANO,

Romana Donationis.

Luca 3. Decembris 1691.

**C**ontendentibus super Bonis, per Baronem Carolum donatis Jo: Stephano, Justina matre, & hæredes ab intestato Jo: Stephani Baroni Carolo prædefuncti; necnon Augustino Maria hæredes scripto in secundo ejusdem Baronis Caroli testamento die 12. Maii 1690. prodiit decisio, Caroli de honore juris Justitiæ, etiam ad effectum manutentionis, & quatenus opus sit, reintegrations in illorum possessione; & quatenus autem decisione ad trutinam revocata, eaque per totius Auditorii Dominos in executione mandati specialis sanct. mem. Alexandri VIII. maturè discussa, responsum fuit pro illius confirmatione.

Constat siquidem de bono jure Iustitiæ ac publico, ac solemnè in instrumento donationis inter vivos Jo: Stephano ipsius filio, & auctori factæ per Baronem Carolum, quæ de sui natura transit ad quoscumque hæredes, & successores Donatarii, juxta text. in l. si quis argentum C. de Donat. Bald. in l. 2. nu. 10. C. de jur. dot. Gravett. conf. 15. nu. 6. Gratian. discept. 386. nu. 14. & seqq. Rot. dec. 194. nu. 19. par. 4. dec. 155. nu. 9. par. 18. rec. in Mediolan. Clericatus 22. Martii 1684. §. minusque coram me, & in Alcolana Parochialis 20. Martii 1683. §. minus releat, coram R. P. D. meo Bennicaja, etiam in casu, quo, prout hic, Donatarius præcedat Donanti, prout, quicquid olim altercatum fuerit inter Doctores, hodie recepta est in Tribunalibus propositio, quam relatis antiquioribus tueretur Nogueroll. alleg. 37. num. 23. de Marin. resol. quotid. lib. 2. cap. 190. nu. 4. & 5. Guirb. de success. feud. §. 2. gl. 1. nu. 37. Bottighier. de success. cap. 2. Theor. 55. nu. 17. in fin. Noal. de transmiss. cap. 44. per tot. Capon. de pactis 9. 53. n. 3. Fontanell. dec. 145. n. 6. & tempore tenuit Rota, ut in dec. 84. n. 21. coram Duran. dec. 664. n. 7. coram Merlin. in Romana Donationis 9. Decembris 1680. §. Et ad hunc effectum coram Emin. D. meo Viccomite Archiepiscopo Mediolanen. & in Romana, seu Feretrana Donationis 16. Junii 1690. §. minus alteram coram me.

Neque ad proferendum hujusmodi fundamentum boni juris hæredi Donatarii subsisteret vitium duplex obiectum adductum per scribentes pro hæredes Donantis, non quidem primum, quod Donatio fuerit conditionalis, seu modalis, ex eo quod Donator in primo testamento, & codicillis respectivè instituit sibi hæredem universalem Joannem Stephanum, eumque nominaverit ad Primogenituram communis familiaris, & pluribus legatis gravaverit, ac deinceps in instrumento donationis in ipsum collata; adiecit expressam conditionem, sive modum, quod scilicet et Jo: Stephanus teneretur adimplere, & observare dispositiones per eum factas in eisdem testamento, & codicillis, ibi: *Voluit tamen quod d. Jo: Stephanus Donatarius teneatur, & debeat, prout ibidem præfatis promissis, & se obligavit attendere, & observare, & adimplere ea omnia, que ipse d. Donator disposuit in ejus testamento in aliis mei consignato, clausula, & sigillato, & codicillis pariter per me bodierogatis, ad que in omnibus, & per omnia relatio habeatur.* Et iteò cum illas Donatarius adimplere, & observare nequivit ob præmorientium Donatori ex defectu conditionis, sive modi, Donatio evanuerit ad tradita per Alex. conf. 1. n. 4. lib. 1. Corn. conf. 199. n. 13. & 25 lib. 1. Natt. conf. 676. n. 27.

Quoniam lex servandi præfatas dispositiones testamentarias, & codicillares non fuit per Donantem imposita Donatario per viam, neque conditionis, neque modi, sed per viam simplicis oneris præcepti, & obligationis, quo stante licet eisdem agere ad implementum, aut ejus loco ad interesse, non autem condicere, seu revocare donationem, cum in contractibus nominatis, quorum numero censeatur Donatio non sit locus penitentiae, prout notat gl. in l. in edibus §. 1. verb. ex rebus ff. de Donat. Gabr. conf. 49. nu. 1. lib. 2. Cirocc. discept. 45. n. 72. Merlin. Pignatell. contr. 1. contro. forens. §. 9. n. 14. & seqq. Card. de Luca de Donat. discept. n. 4. Molin. de

de primog. hispan. lib. 2. cap. 12. n. 7. & 8. Rot. dec. 590. num. 3. coram clar. mem. Card. Cerro.

Non fuit inquam imposita per viam conditionis, quia bona donata acquisita fuerunt Donatario ab ipso momento stipulatæ Donationis, ut patet ex clausulis ad habendum, & constituti, ac reservatione usufructus in eodem instrumento Donationis contentis, quarum quælibet est translativa Domini, ut clausula ad habendum tradita Rota dec. 261. n. 8. p. 16. rec. & in Veltina Salviani 13. Junii 1678. §. Denique coram Emin. D. Viccomite & de altera Constituti Rot. dec. 386. n. 15. p. 19. & in Romana Primogenituræ de Casarini 7. Febr. 1681. §. legis verò coram bo. me. Pauluccio & in Bonon. Datis 23. Jan. 1683. §. docet enim coram eodem ac de reservatione usufructus, Rot. in Terracinen. Bonorum 10. Jan. 1687. in princ. coram me. Hinc enim excluditur conditio, de cuius natura est suspendere acquisitionem emolumentum usque ad illius purificationem, juxta doctrinam Barc. in l. quibus §. Thersillius ff. de condit. & demonstr. Surd. dec. 38. ex n. 6. Rot. dec. 298. n. 3. coram Priolo. in Interamen. fidei. 27. Jan. 1683. §. fin. coram bon. mem. Albergotti, & in Rom. Casarum 18. Junii 1685. §. Dupliciter, cor. R. P. D. meo Caccia.

Nec similiter per viam modi, quia non continet causam finalem donandi, in qua præcisè fundatur ratio constituti va veri, ac proprii modi, neque enim causa finalis fuit implementum, & observatio præcedentium dispositionum Donantis, imò nec verisimiliter esse potuit, quia ad hoc assequendum plura sunt necessaria, quæ non erant simpliciter testamentum, & codicilli, ex quibus hæres adeundo tenebatur, & cogi poterat obsequi iudicis animæ, & munificencia Donatoris, causa finalis fuit benevolus animus, & munificencia Donatoris, causa finalis fuit Donatarii, ut legitur in proemio donationis, ibi: *Volens se gratum, & munificenter reddere erga Illustriss. Jo: Stephanum, &c. ob gratia seroitatis, ac beneficium in ipsum collata, & et rursus, ibi: ob amorem, & benevolentiam, quibus ipsum semper prosequutus fuit, & profectus, & in remunerationem acceptorum beneficiorum, &c. Et tandem quia scilicet de rebus, & bonis suis faceret, & disponere placuit, & placet, &c. ex quo quidem proemio redè desumitur causa finalis donandi, in fin. ff. de hæred. insti. Rot. dec. 62. num. 7. coram Merlin. dec. 668. nu. 4. coram Gard. Cerr. & in Romana hæreditatis de Lanuvio 18. Junii 1685. §. Et quidem, coram R. P. D. meo Hervault, ponderata præfata dictione illa tandem, quæ videtur excludere alias quascumque causas præter expressas ex notatis per Bald. conf. 208. nu. 2. lib. 4. Menoch. conf. 751. n. 6. & seq. Gonzal. ad regul. Oñav. Cascell. gloſi. 65. n. 6. necnon etiam iuxta declarationem editam per Donantem, de qua infra, in qua hæc eadem causa finalis claris verbis expressa fuit, ibi: *per dargli faggio dell' animo suo, & della buona volontà, che haovea verso di lui sotto li 7. Ottobre 1687. fece à suo favore Donationem, &c.**

Quinimò, quatenus etiam per modum discursus lex patenti dispositis in Testamento, & Codicillis dici possit intellecta, & volita à Donatore per viam modi tangentis causam finalem, adhuc tamen non subsistit illatio resolutionis, seu caducationis, Donationis, tum quia donatio facta fuit ex aliis Causis æquè finalibus videlicet benevolentie Donatoris, & beneficiorum Donatarii superius recensitis, quo casu sufficit unum ex illis verificari ad hoc, ut Donatio subsistat, tamen si etiam omnes alie deficiant, ut tradit Surd. conf. 531. n. 7. Mareſcot. var. resol. lib. 2. c. 8. nu. 8. Modern. de pact. futur. sequest. lib. 1. c. 17. n. 33. Rota dec. 351. n. 11. & seqq. p. 15. rec. dec. 201. n. 9. coram Gard. Seraphin. & dec. 110. ex n. 16. & dec. 294. n. 5. & seq. coram Buratt. Non obstant quod causæ benevolentie, & beneficiorum, & quia sic Donans facere placuit &c. sint nimium generales, & passim inferi soleant in donationibus, magis de stylo Notariorum, quam ex voluntate donantium, quia quicquid sit in aliis talibus, secus est in hac hypothese in qua similes causæ reddite, ac repetite fuerunt in actu præfate declarationis donantis, & ubique semper in viceribus donationis, in quibus terminis ambigi non oportet quin fuerint veri, germani sensus Donatoris, non autem verba Notarii.

Tum etiam quia molus, qui non coheret personæ honorati non impletus ab ipso non impedit transmissionem, sed illam implendi una cum emolumento transit ad illius hæredes juxta textum in l. a testatore ibi gloſ. & communiter Doctores ff. de condit. & demonstr. Cyriac. contr. 115. nu. 4. 11. & 12. Menoch. præsumpt. 20. n. 34. & seq. lib. 4. Galgannet. de condit. & demonstr. etc. part. 2. cap. 3. quest. 3. num. 3. Neque modi coherencia personæ Donatarii colligi valet ex eo, quod ut præterit, ipse in Testamento, & Codicillis respectivè institutus fuerit hæres universalis, ac nomi-

natus ad primogenituram familiaris, & pluribus legatis gravatus, cuiusmodi rebus satisfaciere nequeat illius hæres, cum respectu institutionis hæredis, & nominationis ad primogenituram personalitatis satis pareat, & respectu legatorum hæc corrumpat caducato Testamento, Quoniam institutio hæredis, & nominatio ad Primogenituram non habent per viam modi Causæ finalis explicativæ; nam causa finalis dicitur, quæ respicit commodum, & interesse Donantis, sive tertii, non autem solius Donatarii, juxta text. in l. 2. §. fin. de donat. l. Titio centum 70. ff. de condit. & demonstr. Cravett. conf. 85. num. 2. Corn. conf. 101. num. 7. lib. 1. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. gloſ. 1. num. 26. & 30. & legata quidquid forsan non debeantur ex Testamento propter illius caducationem debentur ex stipulatu vigore obligationis susceptæ per Donatarium, ut tradit Crass. in §. Testamentum qu. 55. nu. 21. Bellon. jun. conf. 18. nu. 17. & 30. Peregrin. de fideicom. art. 51. nu. 4. Fular. de subſtit. q. 164. nu. 19. Surd. dec. 149. nu. 11. & seq. non attentis autoritatibus in contrarium laudatis, que non loquuntur in terminis, de quibus agitur obligationis susceptæ per hæredem simul, & Donatarium omnium bonorum.

Neque conditionalitas, seu modalitas Donationis, quæ ex hucusque firmatis fundari nequit in præ recentibus verbis, videtur elici magis posse ex facti circumstantiis, seu conjecturis; non enim relevat, quod Donatio facta fuerit Jo: Stephano uti futuro hæredi in Testamento instituto, & sic repeti possit, dum Joannes Stephanus Donatori præmortuus, hæres non fuit, quia non docetur de huiusmodi præfata, ac finali donantis contemplatione, sive respectu ad qualitatem hæreditariam; quin potius contrarium apparet ex eo, quod in dispositiva donationis inter vivos causas donandi, de quibus supra ne verbum quidem factum fuit huius qualitatibus; Et sane frustra Donator bona contulisset in Joannem Stephanum titulo donationis irrevocabilis inter vivos cum tot clausulis Domini translativis, frustraque exegisset à Donatorio promissionem servandi illius dispositiones, si mens ejus fuisset donandi eidem tantum hæredi, quod idem erat, ac donationem (subiecte testamenti revocabilitati, & Donatario obligationi, cui jam suberat ex dispositione testamenti, non obstante ponderatione, quod in eadem donatione habita fuerit expressa relatio ad Testamentum, & Codicillos, nam hæc ipsa particularis quoad onera in illis contenta, ne scilicet culpa contemni possent per Donatarium omisso Testamento.

Minus juvat quod Donator in Testamento nominaverit Joannem Stephanum ad Primogenituram familiaris, eumque scripserit sibi hæredem universalem omnium bonorum, quasi quod cogitaverit, ac voluerit in uno eodemque Jo: Stephano unire, & cumulare omnia bona tam primogenitalia, quam propria, ac proinde cessante casu successione in primogenitura cessare debeat etiam donatio, quæ alias cinderet, ac separaret præfatum unionem à Testatore exoptatam; Quia Donator hanc voluntatem unitivam, & incorporativam nullibi patefecit in Testamento, aut saltem aliqua dedit illius indicia, nullum enim condidit fideicommissum, seu primogenituram, nullum expressit votum conservandi agnationem, nullum fecit hæredem præceptum de non alienando; Imò paulò post profecit ad liberam, & absolutam donationem omnium bonorum cum simplici reservatione usufructus, per quam Donatarius vivo etiam Testator, & coram ipso poruisset unionem liberè dissipare per distractionem proprietatis, abique eo quòd dici valeat Donationem hujusmodi posteriori testamento esse quoadmodò illius executivam, & vim habere supremi Iudicii ad textum in l. si filia §. si pater ff. famul. ereſc. quia conclusio procedit in terminis simplicibus bonorum divisionis, & assignationis, secus autem in terminis plenæ donationis irrevocabilis inter vivos, ut explicando dictum textum tradunt Eugen. conf. 78. & 79. lib. 2. Peregrin. de fideicom. art. 6. ex nu. 40. Rota decif. 385. n. 10. p. 18. rec. & in Faventina fideicommissorum 25. Junii 1688. §. Non primo coram me.

Prout nec officit, quod Donator expleverit donationem favore Joannis Stephani abique mentione hæredum ibi Jo: Stephano præfatis, & acceptanti, & gratias referenti &c. nec non in super expresserit beneficia, quæ receperat, & in dies recipere sperabat à Donatario, ex quibus videtur inesse donationis conditio si Donatarius supervixerit, quoniam hæres veniunt sub clausula cæterata præfatis &c. in alia valet etiam principali, ac dispositiva parte donationis adjecta, quæ extenditur ad quoscumque hæredes, & successores, ut dixit Rot. Veltina Salviani 13. Junii 1678. §. Denique cor. Emin.



*Emin. ViceComite, & in Fiorentina successione 7. Junii 1680. §. Minus coram eodem. Non refragante, quod imò dumtaxat extendi debeat juxta priorem partem Donationis ad ipsummet Joannem Stephanum presentem, & acceptantem, & gratias referentem, quia contrarium visum fuit in casu, quo prout hic heredes fuerunt in fine ejusdem donationis specificè nominati tibi - pro quibus &c. tam supradictus D. Carolus, quam d. D. Jo. Stephanus sse &c. heredes &c. obligaverunt &c. & concurrunt clausulæ ad habendum &c. ponens &c. constituitur &c. que in hac donatione, que nullam præferret expressam restrictionem, seu limitationem nequeunt dici stare famulativè, sed rem faciunt transitoriam ad hæreses quocumque & præcisè respondit Rota in *Affulana Parochialis 20. Martii 1682. §. minus in sine coram R. P. D. meo Benincasa, & expressio beneficiorum non facit, quod donatio non transeat ad hæreses Donatarii Menoch. præsumpt. 103. n. 12. & 13. lib. 3. Rot. decis. 716. nu. 3. & 4. coram clar. mem. Card. Cerro.**

Denique non obstat declaratio donantis, quod scilicet donare voluerit Jo. Stephanum, quatenus ipse sibi superviveret, & hæres existeret, quoniam hæc in donatione juxta ea, que superius firmata sunt, satis clara non attenditur in præjudicium Donatarii *l. perfectus C. de donat. que sub mod. &c.* maxime quando, prout hic, proliit post moram litem, ac tendit in commodum Donantis, & in omnimodam everfionem, seu revocationem donationis; neque illa confortetur ex eo, quod de tempore donationis Donator referretur, valde senex, paucis ante mensibus apoplectico morbo correptus, ac tum etiam in lecto jacens; ita ut prævidere nequiverit casum præmorientiæ Donatarii in viridi ætate, & bona valetudine constituti, quia si hunc casum previdere nequiverit, neque per consequens in hoc ipso subintelligere voluit pactum reversivum, seu resolutive donationis; Prout nec etiam ex nobilitate, ac probitate Donantis, quoniam ipse forsan opinari potuit licere sibi declaratione hujusmodi, seu verius revocationem donationis emittere præbeente Donatorio neque applicatur *conf. Decian. 32. lib. 3.* quia agebatur de puella minore malis artibus inducta ad donandum, de quibus in præfenti suspicari non licet.

Sublato itaque ex his primo obiecto conditionalitatis, seu modalitatis donationis, insubfistens quoque visum fuit secundum, quod donatio fuerit improba, & nulla ex eo quod comprehendit omnia bona præsentia, & futura, & sic ademerit Donatori facultatem testandi, quia præter quod donationem præferret testamentum, & codicillis, ac in Instrumento donationis Donator nominatim obstrinxit Donatarium ad illorum observationem, & sic in his terminis testandi facultas videtur ex donatione confirmata potius, quam præcepta, difficultas cessat in hoc casu, in quo donans reservavit sibi usumfructum vite naturali durante *ibi reservato tamen sibi sua vite naturali durante usufructu, ac libera dispositione eorumdem fructuum sua vite naturali durante - de quo proinde liberè testari potuit, & hæredem sibi invenire Surd. conf. 450. n. 54. & seq. Gratian. dec. 39. nu. 7. Rota dec. 21. n. 4. p. 9. ret. & dec. 988. nu. 14. oram Duno. Jun. non resistente decisio inter eosdem colligentes edita coram me sub die 3. Julii 1690. super articulo redditionis rationis, in qua dictum fuit Donatarium non teneri ad reddendam rationem administrationis bonorum donatorum, quia hæc emanavit ad alium finem, & fundatur in eo, quod pecunie receptæ per Donatarium pro majori parte provenirent ex fundis, seu capitalibus ipsorum bonorum.*

Neque vis præfata reservationis impugnavit valet ex eo quod reservatio usufructus in Donatore fene, & morti proximo videatur vana, & affectata, prout alias advertit *Rota dec. 226. n. 20. & 21. p. 12. ret.* quoque præterea facta fuerit ad effectum liberè disponendi vite naturali durante, & sic uti restricta ad effectum disponendi per viam actus inter vivos, suffragare nequeat pro facultate testandi juxta *conf. 76. Bart. pluries in Rota canonizatum, ut in dec. 104. 191. & 231. p. 7. ret.* siquidem mors donatoris non adeo dici poterat imminere de tempore donationis, quod vana prois, & inefficax censenda esset reservatio usufructus, in quibus terminis loquitur decisio in obiecto allegata, ut patet ex eo, quod post præctam donationem Donator supervixit per aliquot annos, cum quorum fructibus satis abundeque sibi parare potuit hæredem; Et usufructus non fuit specificè reservatus ad effectum disponendi per viam actus inter vivos, in quo dumtaxat casu procedit, & loquitur auctoritas Bartoli, & ejus sequax, sed fuit, ut supra, simpliciter reservatus ad effectum liberè disponendi vite naturali durante, quo casu reservatio capit utrumque genus

dispositionis tam scilicet per actum inter vivos, quam per ultimam voluntatem non obstantibus illis verbis *vita naturali durante*, que censetur apposita ad denotandam durationem usufructus, non autem ad limitandam facultatem disponendi ad actum inter vivos, ut bene discutiendo, ac rem totam explicando firmavit Rota *dec. 165. coram clar. mem. Card. Cerro.*

Et ita decisum fuit utraq; Parte acriter informante &c.

R. P. D. EMERIX DECANO.

Romana Donationis.

Veneris 9. Maii 1692.

Informantes pro hærede Donantis in hac nova Audientia ex benignitate DD. obta contra decisiones editas sub die 12. Maii 1690. & 3. Decembris 1691. in quibus firmatum fuit, constare de bono jure Justitiæ hæredis Joannis Stephani Donatarii, etiam ad effectum mantentionis, seu reintegrationis, colligentes in unum, quæ in prioribus causis disputationibus pro diversis, ac separatis resolutionis controversæ donationis capibus atulerunt, concubantur unice demonstrare donationem ex pluribus facti circumstantiis, & conjuncturis præferret tacitam conditionem, si Donatarius superviveret Donatori, ita ut sensus Donatoris fuerit abdicandi a semetipso facultatem disponendi de bonis donatis per actum donationis irrevocabilis inter vivos favore Donatarii, sub eadem tamen lege, seu conditione ipsius superviventis, quæ de jure inerat Testamento, quod præcedenter considerat, in quo ipsum in eisdem bonis postea donatis hæredem instituerat. Magis quidem ad causam accommodat, sed non magis judicio DD. subsistit, ac solidè, qui proinde non obstantibus per eos ad hunc effectum adductis, stererunt in decisis.

Bonum jus enim Justitæ fundatur in publico instrumento donationis irrevocabilis inter vivos, de cujus natura est, ut transeat ad quocumque hæredes, & successores Donatarii, etiam in casu, quo Donatarius præmoriatur Donanti, ex auctoritatibus allegatis in secunda decisione *§. Constat. Et licet* quandoquidem donatio censetur personalis, ac per prædecessum Donatarii reholubilis, hujusmodi tamen personalitas, ac reholubilitas tanquam naturæ adus adversa evidentibus indicis, & conjuncturis probari debet, ut advertit *Roc. disp. jur. select. p. 2. c. 109. n. 19. præsertim instantibus (prout hic) clausulis: ad habendum &c. ponens &c. constituitur &c. ac reservatione usufructus, quæ sicut tribuunt liberam facultatem disponendi de bonis donatis, ita etiam arguunt donationem esse prioris realem, & transmissibilem, ut latè notat prima decisio §. quam etiam, & seqq.*

Talia verò visa non sunt indicia, & conjuncturæ ad hunc effectum ponderata. Non enim quidquam concludit Pars proemialis donationis, in qua donator commemorat servitia, ac beneficia recepta, & que etiam in futurum recipere sperabat à Donatorio, ibi: *volens se gratum, ac munificum reddere erga Illustrissimum Dominum Joannem Stephanum Gavottum &c. ob grata servitia, & beneficia in ipsum collata, & que in futurum recipere sperat &c. immediate subdando ibi: Eidem præterea præsentis, & acceptantis, & gratias referentis irrevocabilibus &c.* quasi quod motus fuerit ad donandum ex causa finali servitorum, ac beneficiorum recipiendorum, qua per præmorientiam Donatarii cessante, cesset etiam donatio. Quoniam ratio, quam habuit donator servitorum, ac beneficiorum recipiendorum à Donatorio, stat solum per modum præsuppositionis, atque fiducia, que generalis est in omnibus donationibus, que utique servitia, ac beneficia expectare oportet ab iis, quos propria substantia locupletaverunt, non autem per modum conditionis, & causæ finalis, ut patet ex eo, quod illa non deducit in præceptum, & obligationem, prout est de natura conditionis, & causæ finalis, juxta text. *in l. Cum ita legatum ff. de condit. & demonstrat. & tradita per Galgancet. de condit. & mod. part. 5. cap. 88. num. 16.* quodque noluit revocare donationem posse etiam ex causa ingratitudinis.

Nec pariter quod in corpore donationis Donator voluerit, quod (ut sunt verba præcisa) *D. Joannes Stephanus Donatarius teneatur, & debeat, prout ibidem præsens promisit, & se obligavit attendere, & observare, & adimplere ea omnia, que ipse Donator disposuit in ejus Testamento in actu mei &c. consignato clauso, & sigillato de mense Januarii proximi præteriti, & in codicillis partem per me bodie rogatis, ad que &c. in omnibus, & per omnia*

*nia relatio habeatur &c.* ita ut stante hujusmodi præcepto, ac omnimoda relatione ad Testamentum, & Codicillos, & contemporanea stipulatione codicillorum, ac donationis, donatio quodam modo subrogata fuerit in locum testamenti, & codicillorum, ac in testamentum, & codicillos transubstantiata, saltem ad hoc, ut ad instar eorum referatur, & caducetur per præmorientiam Donatarii; Quoniam Donator in hac parte donationis nihil aliud cogitavit, & egit, quam cavere sibi, ne Donatarius agnitis bonis ex donatione, atque omisso testamento, contemneret posse satisfactionem legatorum, aliorumque onerum, quæ ipsi in eodem testamento imposuerat, ut clarè præfererunt verba illa: *teneatur, & debeat*, que sonant in rem Donatario onerosam, & sic magis propriè referuntur ad legata, atque onera, quam ad institutionem hæredis, & nominationem ad pinguem primogenituram familiæ in testamento peractus favore Donatarii, que sunt res eidem Donatorio merè lucrosæ, maxime quia repugnat, quod Donator voluerit identificare donationem cum testamento, & codicillis, atque omnia infimul confundere, & tamen donationem esse irrevocabilem, & sic atque identificatos, ac mutuo consensu existere diversæ naturæ. Et satis est in omnem casum ad excludendam personalitatem, seu reholubilitatem donationis per præmorientiam Donatarii, quod verba quocumque patri valeant hunc intellectum, nam semper in dubio natura actus attendi debet ad text. *in l. veteres, C. de contrahend. stipulat.*

Prout nec subsistit, quod Donator instituendo Joannem Stephanum hæredem in testamento in omnibus suis bonis, eumque nominando ad primogenituram familiæ, ac rursus in donatione conferendo in omnem omnia bona præsentia, & futura, etiam feudalia, ac fideicommissaria intellexerit, ac voluerit in uno capite constituere, & cumulare omnia bona tam fideicommissaria, quam propria. Et sic cum hoc affeque non possit, nisi per supervivendum Donatarii, nam alias illo præbeunte, nominatio ad primogenituram in testamento contenta caduca fuisset, per necessè dici debet ipsi donasse, quatenus sibi superviveret. Quoniam verum quidem est, quod Donator tam per testamentum, quam per donationem conferre voluit in Joannem Stephanum omnia bona tam fideicommissaria, quam propria. At quod ita voluerit, ut unionem illorum in uno capite efformaret, atque ita efformaret, ut illa in parte cessante, corruerent in totum, quod est punctus, in quo residet vis obiecti, nullum prorùs, etiam minimum, datur argumentum, & conjectura, nec contrarium colligitur ex eo, quod nimum difficultis (ne dixerim impossibilis) futura ex observatio ac executio hujusmodi unionis, dum primogenitalia ex lege primogenitura per obitum Joannis Stephani transibant ad certas, ac determinatas personas, bona autem libera generaliter ad ejus hæreses.

Frustrà denique recurritur ad declarationem editam à Donatore, ac fidem ejus voluntatis exarata à Religioso, illius confessaria, que postquam Donatorio questum fuit jus ex donatione (ut ex permittis patet) satis clara nulla prorùs admittit declaratio Donatoris in illius præjudicium juxta text. *in l. perfectæ Cod. de donat. que sub mod. &c.* maxime quando, prout hic, declaratio unice tendit in favorem, & commodum ipsius Donatoris, qui illa utitur ad concidendam donationem ab heredibus Donatarii, in quibus terminis nulli creditur etiam probæ à Religioso viro; nam ratio propriè intertextæ sæpe alterat apud homines opiniones rerum, & traditis per Menoch. *conf. 45. n. 26. Marcad. de probat. concl. 1357. num. 56. Rub. de valid. leg. cap. 17. nu. 43. & seqq.*

Firmato igitur ex his bono jure Justitiæ, visum fuit ipsi suffragari etiam ad effectum mantentionis in omnibus bonis liberis Donatoris, stante clausula Constituti Donationi adjecta, que transitu in Donatarium dominium, & possessionem, ad text. *in l. quod meo, ff. de acquir. possess. cum aliis adductis in Forolemprenien. mantentionis 24. Januarii proximi præteriti &c. Stetit decidendi ratio coram R. P. D. meo Molines.*

Et ita decisum fuit utraq; &c.

R. P. D. BENINCASA.

Romana Donationis super Dubio Principali.

Luce 27. Aprilis 1693.

Sententiam Reverendissimi mei Decani per quam pronunciatam fuit validam, & irrevocabilem fuisse Donationem à Barone Carolo Gavotto factam Joannis Sre. Card. de Luca Lib. VII.

phano ejus consanguineo, nec ob Donatarii præmorientiam resolutam remansisse, & per caput separatam absoluta insuper fuit Justina Donatarii mater, & hæres ab intestato à restitutione scutorum 77898. quæ ad manus filii ex administratione bonorum Donatoris pervenerant, DD. confirmandam esse censuerunt, considerantes validitatem illius non impugnavit, & Justitiam resultare ex rationibus, & fundamentis infra examinandis.

Agitur namque de Donatione inter vivos solemniter, & irrevocabiliter facta, cujus natura, sicut confirmationem non expedit à morte Donantis, sic per Donatarii prædecessum non resolvitur ad Text. *in l. si quis argent. §. final. C. de donat. Bald. in l. 2. C. de Jure Dotium, Alex. conf. 14. nu. 3. lib. 1. Ruin. conf. 38. n. 16. Andreol. controu. 32. nu. 4. Rota coram Duran. decis. 84. num. 21. coram Merlin. 664. nu. 7. coram Bich. 136. nu. 29. & seq.*

Et quamvis pro limitatione propostæ conclusionis opponeretur; Et quod Donator ad supervivendum Donatarii unice respectum habuit, eumque sibi supersuperitem præcisè contemplatus fuit, ex auctoritatibus congestis apud *Episcopum Nolan. disp. 109. nu. 19.* & quod Donatio fit merè personalis, ideoque ob singularem ejus proprietatem, nec vitam Donatarii transcendere, nec in hæreses illius transfundi possit, Menoch. *conf. 84. lib. 1.* Cenfal. ad Peregrin. *art. 6. num. 6. Grammatic. decis. 103. nu. 72. & seqq. Franc. dec. 59. nu. 1.*

Attamen in præfenti hypothesi neutra ex limitationibus adductis applicabilis visa est. Non quidem prima, nam contemplatio superviventis Donatarii deduci non potest ex actibus præambulis Donationi, five elici præterdatur ex Testamento, in quo Carolus postquam hæredem scripsit Joannem Stephanum, vigore facultatis ab R. P. D. Joanne Baptista Gavotto sibi attributæ, eundem nominavit ad particularem Primogenituram, cum vinculis, & conditionibus ibi præscriptis, & ad utriusque hæreditatis negotia Procuratorem constituit. Sivè ex capitulis matrimonialibus exaratis inter ipsum Donatarium, & Nobilem Puelam Romanam, in quibus eundem Donator iterum per contractum nominavit ad suprascriptam Primogenituram, & suum universalem hæredem declaravit, *Summario præterite propositionis num. 1. 2. 3. & 4.*

Quamvis enim ex his omnibus nullam aliam usque ab initio Donatoris intentionem fuisse arguatur quam in una, eademque persona, utramque hæreditatis speciem bonorum, scilicet liberorum, & Primogenitalium coacervare, quod non nisi per supervivendum illius affeque poterat, dum ex prolege, bona Primogenitalia ad alias determinatas personas in casu prædecessus devoluta, & è Bonis sub donatione comprehensis separata forent contra Donantis voluntatem, quæ ex actibus præambulis non minus quam ex concomitantibus, vel subseqventibus contractum desumi solet ad Text. *in l. si servus plurium 53. ff. de legat. 2.*

Adhuc tamen ommissis, que generaliter ad everfionem obiecti afferri poterant considerando, quod dum omnes, & singuli supra recensiti actus longo temporis intervallo, & per plurium mensium distantiam, donationem præcesserint, nullum ex eis inferri potest argumentum qualitates Donationis, quæ ex ipsius contextu, & verberibus desumenda veniunt, Valaf. *de jur. emphit. 9. no. n. 44. Rot. cor. Merlin. dec. 664. n. 39. & dec. 142. n. 8. p. 4. ret.* Cum tritum fit, quod ad alterandam regulare naturam Donationis, non qualibet probatio admitti debeat, sed superlativa, & necessariò concludens. Adeo nisi per pacti speciale reversione ad Donantem conventa fuerit Donatarii supervivencia, vel prædecessus atque non solet, *Grat. disp. 386. n. 14. & disp. 568. n. 1. & seq. Rot. cor. Cerro dec. 716. n. 1. & 2. dec. 458. n. 9. p. 13. ret.*

Placuit ulterius uti præcipua, & magis specialis responsione quam & natura ipsa controversarum Bonorum, & acquisitionis titulus suggererat. Cùm enim alia esset libera, alia verò particulari Legi Primogenituræ subiecta. Si attendatur Testamentum per quod Joannes Stephanus fuit hæres institutus quoad Bona libera, & propria Testatoris, nullo fideicommissi, aut restitutionis onere gravatus, & una simul ad Primogenituram præfatam nominatus, nimis aperte excluditur præfata Bonorum unio per supervivendum illius desiderata; Nam quatenus etiam contra naturæ ordinem non prædecessisset Testator jam senio cæceto, & adversa valetudine detecto, sicut Bona primogenitalia restitueret tenebatur filio primo nascituro, juxta legem sibi impositam, ita & de bonis liberis, liberè poterat disponere, vel eadè adhuc vivens dissipare, & in his terminis non id quod contigit, sed quod contingere poterat inspicendum est *l. si volunt. C. de testat. vendit.*



venit. Menoch. *conf.* 417. n. 13. Peregr. *conf.* 54. n. 17. lib. 1. Rot. post. Torr. *de pact. fut. success. decif.* 130. nu. 20.  
 Clarius id vincitur si ad caput matrimonialia respectus habeatur, nam data superexistencia, vel pramorientia Joannis Stephani, Bona libera a Primogenialibus semper erant separabilia; Illa siquidem, quae liberè per Testamentum ipsi acquisita fuerant in casu superviventiae, poterant similiter ab eodem distrahì, & data pramorientia ad Testatorem, caduca dispositio revertebatur; Alia verò, quae in illum, vel eius filium Primogenitum per nominationem transferrebat, apud eos irrevocabiliter remanebant ex natura contractus, in quo nominatio expleta fuit ad tradit. per Valach. *confult.* 102. nu. 23. Calderin. *de potest. eligi. & nominat. ad emphtusum lib.* 3. cap. 9. n. 18. Hermus ad Lopez. *tom. 3. tit. 4. par. 5. lib. 5. nu. 21.*

Quod autem ex actibus praebullis concludi minime valet, multò minus consequitur ex aliis concomitantibus donationem, seu ex ipsius contextu, & pactis quibus vestita apparet; Ex concomitantia siquidem actuum, ut sunt praecipue Codicilli eodem die cum Donatione stipulati frustra deducitur Carolum omnino voluisse, non solum Donatariam, sed & haeredem Joannem Stephanum, omniaque Bona quasi ex Testamento in eo consolidari, & quatenus sibi superstes fuisse ad tradit. per Salice. *in l. si filia C. de famul. eris. & in l. inter. ff. de rebus dub. C. in l. frater ff. de condit. ind. debet.* Menoch. *conf.* 48. nu. 14. & lib. 1.

Nam ultra quod nulla potest haberi ratio de assertis Codicillis, qui nunquam fuerunt exhibiti, & quorum tenor destruire forsitan possit obiectum, juxta praesumptionem quae interim militat contra illos occultantem, ut alias dixit Rota in Romana *Centus 1. Decemb. 1687. §. Sed potius & 9. Jun. 1690. §. Quia quidquid coram Me. & in eadem Causa coram R. P. D. meo Muro 4. Junii 1692. §. sed eadem.*

Cesat omnino adducta interpretatio, nam Donatio eodem die cum Codicillis stipulata est contractus inter vivos, quae vim aut naturam Supremi Judicii non obtinet, & Donatarius in ea non consideratur uti futurus haeres, sicut contingit in Donationibus causa mortis aliisque dispositionibus, quae mortis indigent confirmatione, in quibus terminis procedunt Auctoritates contrariae; Ex actuum siquidem contemporaneo concursu correlativeitas, & complacencia illorum non valet induci, quando nullam aliam habent inter se dependentiam, quam occasionalem, & accidentalem, tum etiam contractus diversae naturae possunt sub una, eademque stipulatione contineri *l. scire debemus 29. ff. de verb. oblig. l. cum ejusdem ff. de edict. Abb. conf.* 45. per tot. *Dec. conf.* 421. n. 7. & *dec. cor. n. 29. & seq.*

Nec quidem magis elici valet ex ipso Donationis instrumento quamvis enim in eo cum omnimoda relatione ad Testamentum adjectum fuit particulare pactum ibi Voluit tamen, quod Joannes Stephanus Donatarius tenetur, & debeat, prout ipse praesens promissit, & se obligavit attendere, observare, & adimplere omnia, quae ipse D. Donator disposuit in ejus Testamento, & in Codicillis, atque in omnibus, & per omnia relatio habeatur—ad huc manifestè patet, quod relatio ad Testamentum non ita facta fuit, ut illud, & donationem adeò connecteret, ut utrumque contractum redderet ad invicem correlativeum, & pro singularum validitate praedecessus disponentis requiretetur, sed solum facta apparet ad hoc, ut onera in Testamento injuncta Donatarius negligere non posset, ut latius dictum fuit in praeteritis hujus Causae decisionibus coram Reverendiss. D. meo Decano 12. Maii 1690. §. Et hinc nihil, & 3. Decembr. 1692. §. Neque conditionalitas.

Pactum verò in eadem stipulatione adjectum Donarii supervenientiam contemplatam fuisse necessariò non concludit cum aequè bene per haeredes illius expleri potuisset, qui, & specialiter ad hoc fuerant obligati in instrumento, & ex legali interpretatione ad omnia tenebantur, dum in eos quando expressè exclusi non sunt, transeunt omnes obligationes ab eorum Authoribus susceptae, *l. veteres C. de contraben. & committent. stipulat.* Calderin. *conf.* 4. vers. tum etiam de Jurep. tron. Vivian. *cod. tract. lib. 4. cap. 2. num. 4. Rot. coram Duran. decif.* 85. num. 5.

Non minori facilitate insubfistens comperta est secunda limitatio desumpta ex qualitate personalis Donationis, nam praeter ea, quae ex clausulis ad habendum, Constituti, ex praeservatione usufructus, ex promissione illa non revocandi, aliique in praecedentibus Decisionibus ponderatis in illius evidentem exclusionem fuerunt aliàs consideratae responsum fuit, quod vel personalitas desumi simpliciter praeten-

ditur ex ipso contextu instrumenti, cujus verba, tanquam directa in solam personam Joannis Stephani, absque ulla mentione haeredum hujusmodi qualitate praefere videtur, & obiectum tam in Jure, quam in Facto irrelevans detegitur. In facto siquidem habemus stipulationem conceptam etiam fuisse pro haeredibus filii clausula praesentis ceterata, sub qua comprehendi haeredes, & successores etiam extranei pluries respondit Rota, & signanter *dec.* 483. p. 4. to. 2. per tot. Seraphin. 703. n. 20. cor. Priol. 446. n. 11. & in una Fiorentina successione 7. Junii 1680. §. Minus coram Vivicom. & novissimè in Romana hereditatis de Lanucis 18. Junii 1685. §. Cuius sanè coram R. P. D. meo Hervault.

Non subsistente responsione, quod clausula ceterata ex mero stylo Notarii apposta censetur, & potius referibilis sit ad solum Donatarium, repetendo scilicet acceptationem Donationis, & gratiarum actionem, quoniam cum aequè principalis sit, ac dispositiva pars illa orationis, in qua clausula praedicta legitur apposta, eique consonet contextus totius dispositionis, & praecipue in ea parte, in qua Donator pro observantia contractus expressè obligatos voluit haeredes Donatarii; satisprehenditur illos inclusos etiam fuisse sub praecedenti clausula Rot. cor. Cerro 442. n. 18. coram Ubald. 259. n. 7. coram Celli. 45. n. 22. Attente maxime concomitantia illorum clausularum ad habendum &c. ponent. &c. constituit. &c. quae non simpliciter formulativè stare dicuntur in hoc casu, sed effectivam stipulationis ad haeredes, & successores extendunt Gratian. *discept.* 568. n. 1. Rot. *dec.* 434. n. 1. p. 13. *dec.* 179. n. 5. p. 15. & coram Me. in *Asculana Parochialis §. Minus relevat.* 20. Martii 1684.

In Jure autem obiecti insubfistencia detegitur, quia regularè est, quod contractus omnes, & stipulationes nunquam praeriumtione personales, sed semper transeunt ad haeredes etiam non nominatos, quando expressè non fuerint exclusi ad Text. in *l. veteres C. de contraben. & committent. stipulat.* latè Tiraquell. *de retract. convent.* §. 2. glo. 6. n. 1. & in terminis donationis Cutel. *de donat. tract. 2. dis. 1. special. 24. n. 1.* Gratian. *discept.* 568. n. 6. Rot. coram Celli. *dec.* 294. n. 9. & *decif.* 587. nu. 2. p. 1. fortius quando nullum adeit pactum reversionis; Modern. Melphiten. in addit. ad Grat. *disceptat.* 386. num. 2. ubi quod est haec communis Sacr. Rotae opinio, ideoque ab ea non recedendum Rot. apud Torr. *de pact. fut. success.* 48. nu. 2. & *dec.* 39. nu. 7. part. 5. & *decif.* 434. num. 1. & *seqq.* & *decif.* 458. num. 11. part. 13. *rec.* ubi namque haeredes venire non possunt vigore expressae vocationis, veniunt tamen jure successione, & transmissiois, quod praecipue à natura Donationis irrevocabilis inter vivos oritur ut rejectis contrariis auctoritatibus, quae afferri valent, tenet Theodor. *alleg.* 43. nu. 16. de Marin. *resol.* 190. lib. 1. n. 5. Rot. *decif.* 98. n. 1. 3. & *seqq.* par. 12. & *decif.* 179. nu. 5. par. 12. *rec.*

Vcl demum ad arguendam praesentiam qualitatem personalis donationis insubfistitur in declaratione facta ab ipso Donatore, qui morbo apoplectico correptus, & morti jam proximus testatus fuit non alia intentione ad eam devenisse favore Joannis Stephani, quàm, ut ab eo in propriis rebus, & domus administratione operam exigeret, & ut Bona donata in ipsum tantummodò transferret, non autem in haeredes, & successores illius, cui quidem declarationi tanquam emissae à persona satis notae fidei, & probitatis, plurimum deferendum esse praetenditur, ut alias firmavit Rot. *dec.* 562. nu. 26. & *seqq.* coram Cerro, & in Ferraricis. Pecuniaria 12. Maii 1690. §. Et hinc demum coram R. P. D. meo Ursino, praecipue quia adimniculata apparet ex uniformi attestatione Viri Religiosi, & Confessarii illius, ex traditis per Gabriel. *conf.* 91. num. 8. lib. 2. Rot. coram Bich. *dec.* 18. nu. 9. & *dec.* 29. 6. n. 12. p. 13. *rec.*

Et respondebant DD. quod depositio Confessarii cum relativa sit ad declarationem Donatoris, nihil aliud ponit in esse, quam id, quod declaratio praesertit. Ita verò quamvis facta à Viri cujus probitas, & fides non impugnetur, adhuc tamen quia vincitur aperte erronea, & insubfistens, corruit ob falsitatem suppositi, cui innititur. Alex. *conf.* 81. n. 16. vol. 6. Rot. *dec.* 604. n. 4. p. 18. & coram R. D. meo Decano in Casenaten. Dotis 27. Junii 1692. §. Neque ad probanda.

Falsitas autem suppositi, satis manifestè apparet rimatis singulis partibus declarationis, non enim subsistit, quod Donatio facta fuerit contemplatione asistentium, quam praestare debet Donatarius negotiis, & rebus Donatoris, quia quamvis hæc per ipsum neglecta fuisset, imò etiam si ingratum Benefactori suo, ullo unquam tempore esse exhibuisset, non perinde donatio resolvetur, quia hoc expres-

sè promissum fuerat in ipsius stipulatione, ibi—promittens hanc irrevocabilem inter vivos donationem attendere, & irrevocabiliter observare, nec illam revocare quovis praetextu, & causa, nempe ingratitude etc.

Multo minus subsistit donationem factam fuisse contemplatione solum Donatarii, non autem successorum illius, nam quamvis Donator expressè in instrumento dixisset, quod in declaratione explicavit voluisse scilicet donare Jo. Stephano tantum, tamen ad illius personam Donatio restringi non foret, nec Bona donata ad Carolum, à quo procedebat, revertebat, optime Mantic. *de tacit. lib. 1. r. 17. tit. 21. num. 20.* Gratian. *discept.* 386. nu. 14. ubi id firmat, quamvis adesset personalitas, cum dictione tantum, Nogerol. *allegat.* 37. num. 23. Rota coram Achill. de Grass. *de donation. decif.* 1. num. 6. ubi idem firmatur, & respondetur contrariis auctoritatibus, & coram Pat. *decif.* 273. num. 3. lib. 3. & *decif.* 98. num. 8. & *seqq.* par. 12. & *decif.* 434. num. 1. & *dec.* 458. num. 10. part. 13. *rec.*

Quoad secundam partem sententiae, in qua absoluta fuit Donatarii Mater restitutione scut. 77898. parum DD. insubfistendum putant, quia licet illa ex dispositione Text. in *l. rationes C. de administrat. Tutel. & l. 2. ff. de negot. gest. rationem reddere teneatur, & reliquum restituere de omnino reddere teneatur, & reliquum Stephanum administratis, adhuc tamen cum eadem assistit tunc patet, & irrevocabilis Donationis Honorum praesentium, & futurorum, & summa praesentia, & à ejus restitutione absoluta fuit pro majori parte proveniantur ex Bonis donatis, manifestè vincitur iustitia debitari, quae eam pro aliqua rata summa praesentia constari valeat etiam ex Capitalibus sibi à Donatore post donationem cumulat, adhuc tamen cum hoc sit incertum retardare non potuit DD. à confirmatione sententiae, cum alias quando etiam de hoc clarius constare poterit, praeservata remanet actio contra Justinam, & hereditatem eide devolutam, cujus opulencia satis nota, illam inefficacem, & innanem non reddet.*

R. P. D. BENINCASA.

Romana Donationis.  
 Super dubio mantentionis.  
 Lun. 27. Aprilis 1693.

Eandem donationem, quam revocabilem esse censuit hodie Rota coram me, cum ad sui favorem resolutam remanuisse praetendit Carolus Gavottus per mortem Joannis Stephani, ad cujus favorem emanaverat, omnium bonorum, quae sub ea comprehendebantur possessionem cepit. Sed Justina Donatarii mater adeit praedefuncti filii hereditate, iudicioque ipsi coram A. C. intentato, mandatum de mantentione in eisdem bonis petiit, & obtinuit. Interposita postmodum appellatio, caufaque ad Rotam devoluta, & ad eam admisso quoque Monasterio Sanctissimae Annunciatæ Savone ex persona Monialis Mariæ Eugeniæ ejusdem praetoritur Donatarii Sororis concessa iterum fuit, nomine etiam haereditatis mantentione Justinae; Appellantiibus tamen iterum Monasterio, & Augustino Maria haerede Caroli, qui interim lite pendente à vivis excesserat, commissaque mihi causa cum clausula, alteri, qui ad legitimam dubium commisioni uniformem proposuit, & resolutum fuit procedendum esse ad legitimam executionem decreti pro mantentione iam emanati, cum illud validum, & iustum competum sit ad terminos textus in *l. si non obviat 45. §. si ex conventionem ff. de re judic.*

In hac siquidem triangulari controversia validitas à solo Monasterio impugnabatur obiciens diversa citationis, cum qua in hoc iudicio vocanda erat, sed consideratum fuit obiectum non relevare, dum mandatum de mantentione ad commodum haereditatis concessum esset, sicut enim Monasterium ad eam adspirat ex persona Mariæ Eugeniæ uti cohaeres ab intestato cum Justina Matre, ita nullum aut sibi, aut haereditati praedijudicium illatum ex omnia citatione valet opponere, per quod causata dici possit nullitas obiecta, ut in terminis dixit Rota coram Merlino *dec.* 362. n. 3. in fine, & generaliter tenuit Cravet. *conf.* 170. n. 6. *Surd. conf.* 181. n. 27. & *conf.* 227. n. 17. Rota *decif.* 733. nu. 9. in fine par. 2. & *decif.* 32. num. 13. par. 17. & *decif.* 231. num. 4. part. 18. *rec.*

Iustitia verò quoad Augustinum Mariam, qui illam primo controvertet, apparuit manifeste. Cum enim dubitari

non posset de anteriori possessione, quam Donatarius praecedenter acquisiverat, & apprehenderat controvertentur bonorum, dum huic posterior est altera à Donatore reatumpta, nulla facta deputatione Curatoris haereditarii iacenti. Consequens est quod clandestina, & spoliativa censenda fuit. Ideoque eidem haereditati minime manutentione, *Dec. conf.* 400. nu. 6. Rot. coram Gregor. *decif.* 206. num. 7. ibique Adden. num. 10. coram Cerro *decif.* 91. num. 13. & *decif.* 520. num. 12. & *seqq.* p. 1. *droserf.*

Nec obitare visum fuit, quod mantentio, quae possidentium solum datur, concedi nequeat favore hereditatis iacentis, quae tanquam persona ficta corporis, animique expertis non potest neque possessionem acquirere, neque illam contempnere iuxta text. in *l. si servola ff. si quis testamento, ibique glof. & DD. Bald. in l. fin. in princ. n. 1. cum seq. C. de edict. D. Adrian. tollent. Peregrin. de fideicom. art. 47. num. 79. in fine, & Rot. *dec.* 13. n. 15. p. 6. *rec.**

Nam pro responsione DD. advertebant conclusionem procedere quando hereditas est vere jacens, hoc est ubi non adeit spes ut possit adiri, vel fuit alias repudiata, *Mant. de tacit. lib. 14. tit. 46. n. 21.* Secus tamen esse dicebant, quando non adita, nec repudiata fuit, nec deficit spes futurae acquisitionis, quia tunc quasi possidet, continuando possessionem defuncti cujus personam representat ut probat text. in *l. non minus 31. ubi glof. verb. Domina ff. de acquir. rer. dom. Rovit. conf.* 45. n. 2. lib. 1. *Polth. de manu. observ.* 15. n. 50. ubi respondet etiam contrariis auctoritatibus, Castill. *resolut. quotidian. lib. 2. cap. 17. num. 17.* Mart. *de success. legal. p. 4. q. 22. art. 3. n. 9.* Rota coram Dunozeo *decif.* 140. nu. 3. & *decif.* 176. n. 8. & *9. coram san. mem. Alex. VIII.*

Constare quoque de iustitia apparuit non obstante altera exceptione à Monasterio proposita, nempe quod ipsi quoque, pro medietate nomine hereditatis mantentio concedenda esset, cum & ipsum coaequale jus habet in bonis controversis ex persona Mariæ Eugeniæ, quae tanquam praedefuncti Soror Donatarii ad hereditatem illius simulaneè cum Matre vocatur. Cum enim Moniali restitit amplissima renuntiatio occasione ingressus in Religionem emissam, nunquam mantentionem perere potest, pendente lite super subsistitia, vel insubfistitia illius, pro qua interim semper militat praesumptio validitatis, Rota coram sanctae memoriae Alexandro Oshavo *decif.* 198. n. 14. & coram Merlino *dec.* 707. n. 1. & *seqq.* donec saltem rescissio illius obtineatur, Rota coram Durano *dec.* 258. num. 1. & *seqq.* & coram Cerro *decif.* 616. n. 15. & *seqq.* & in Romana hereditatis coram bo. mem. Rondinino 23. Mart. 1685. §. final.

Et ita utraque &c.

RECANTATEN  
 INTER  
 PARTES, UT INFRA  
 Responsum pro veritate.

In donatione contemplatione certi, & determinati matrimonii, an succedat solum filii ex illo matrimonio suscepti, vel etiam alii ex aliis matrimoniis, Et quid ubi agatur de donatione facta sponsae, & non autem sponso.

SUMMARIUM.

- 1 Adli series.
- 2 De ratione dubitandi ob quam in donatione contemplatione matrimonii succedat solum filii ex illo procreati, & non alii.
- 3 Ubi donatio quaeritur soli sponso, omnes filii succedunt, citam aliorum matrimoniorum.
- 4 Secus ubi filii sunt vocati.
- 5 Valent pacta, ut conditio filiorum secundum matrimonium sit melior, & quando secus.
- 6 In donatione facta mulieri per virum, vel ejus conjunctos debent solum succedere filii illius matrimonii.
- 7 Quando matrimonium sit causa finalis, vel impulsiva donationis.
- 8 De differentia inter donationem, quae fit sponso, vel sponse.
- 9 De augmento dotis quomodo regulatur.
- 10 Quid ubi in donatione, vel augmento dotis, adeit stipulatio pro filio.
- 11 De verbo haeredibus, adiecto verbo filii, an sit ampliativa.